Universitätsbibliothek Paderborn

# D. Haymo-//nis Episcopi Hal-//berstattensis, De Varietate// librorum, siue de Amore cœlestis// patriæ libri. III. ...

**Haimo <Halberstadensis>**

**Coloniae, 1531**

**VD16 H 231**

XXI Qua[m] districte [a]eternus iudex ve[n]turus sit in die[m] iudicij, & q[uo]d nimis tremenda sit dies illa.

urn:nbn:de:hbz:466:1-29814

Visual Library

IN euangelio dicit dñs. Ambulate dum lucẽ habe
Greg. tis. Per Prophetã quoq; ait: Tempore accepto ex
Ioh.12. Eſa. 49. audiui te, & in die ſalutis adiuui te. Quod Paulus
2.Cor. 6. apo. exponens dicit. Ecce nũc tempus acceptũ, ecce
Eccl. 9. nunc dies ſalutis. Salomon quoq; ait: Quodcũq; po-
teſt manus tua facere inſtanter operare. Quia nec
opus, nec ratio, nec ſapientia, nec ſciẽtia, erit apud in
feros, quo tu properas. Dauid quoq; ait: Qm̃ in ſecu
Pſal. 135. lum miſericordia eius. Ex quibus nimirũ ſentẽtijs cõ
ſtat, quia qualis hinc quiſq; egreditur, talis in iudicio
præſentatur. Sed tñ de quibuſdã leuibus culpis eſſe
añ iudicium ignis purgatoriꝰ credẽdus eſt, ſicut iam
ſupra ſcriptũ eſt. Nemo igit̃ dum in hac p̄ſenti viuit
vita negligat opari bona q̃ põt, quia poſt hanc vitã
ſi voluerit, iam non poterit. Quia ergo & venturæ
mortis tẽpus ignoramus, & poſt mortẽ operari nõ
Ca. 9. li. 3. poſſumus, ſupereſt vt ante mortem tempora indul
ta rapiamꝰ. Sic enĩ mors ipſa cum venerit vincetur,
ſi priuſquam veniat ſemper timeatur.

## Quam diſtricte æternus iudex venturus ſit in die iudicij, ⁊ quod nimis tremenda ſit dies illa. Caput XXI.

DIſtrictionem venturi iudicis Paulus conſide-
Greg. rãs, ait: Horrendum eſt incidere in manũ dei
Heb. 10. viuentis. Hinc Pſalmiſta exprimit dicens: De
us manifeſte veniet, Deus noſter & non ſilebit. In cõ
Pſal. 49. ſpectu eius ignis ardebit, & in circuitu eius tẽpeſtas
valida. Diſtrictionem quippe tantæ iuſtitiæ, tempe-
ſtas ignisq; comitantur. Quia tẽpeſtas examinat, q̃s

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

ignis exurat. Illum ergo diem fratres chariſſimi, illū añ oculos ponite, & quicquid modo graue creditur, in eius cōparatione leuigetur. De illo eñ die per Prophetam dicitur. Iuxta eſt dies dñi magnus, iuxta & velox nimis. Vox diei domini amara, tribulabitur ibi fortis. Dies iræ dies illa, dies tribulatiōis & anguſtiæ, dies calamitatis & miſeriæ, dies tenebrarū & caliginis, dies nebulæ & turbinis, dies tubæ & clāgoris. De hac die iterū dñs per Prophetā dicit. Adhuc ſemel & ego non ſolū terram, ſed etiā cælū mouebo. Illum ergo diem tota intentione cogitate, vitā corrigite, mores mutate, mala tentantia reſiſtendo vincite, pꝑpetrata aūt fletibus punite. Aduentū namq; æterni iudicis tanto ſecuriores quandoq; videbitis, quanto nunc diſtrictionem illius timendo præuenitis.

## Quod longanimitatem ⁊ patientiam dei nullus negligat, quia diſtricte in iudicio iudicabit. Caput XXII.

NEmo longanimitatē dei negligat. Quia tanto diſtrictiorē iuſtitiam in iudicio exercebit, quanto longiorē patientiā ante iudiciū prærogauit. Hinc etenim Paulus dicit. Ignoras, qm̄ benignitas dei ad pœnitentiā te adducit. Secundum autē duritiā tuā, & cor impœnitens, theſaurizas tibi iram in die iræ & reuelationis iuſti iudicij dei. Hinc Pſalmiſta ait: Deus iudex iuſtus, fortis, & longanimis. Dicturus quippe longanimem præmiſit iuſtū, vt quē vides peccata delinquentiū diu patiēter ferre ſcias hunc quādoq; & iam diſtricte iudicare. Hinc p

Greg. Ro. 2. Pſal. 7.